5a

Καττουζοί.

Caii Plinii Secundi: Historiae Naturalis Liber IV (18).
Bibl. Class. Latina 1.284

Jamque Thracia altero latere a Pontico littore incipiens, ubi Ister amnis immergitur, vel pulcherrimas in ea parte urbes habet, Istropolin, Tomos, Calatinque. Heracleam habuit, et Bizonen: nunc habet Dionysopolin; Alluit Ziras amnis.

Totum eum tractum Scythae Aroteres tenuere.

Eorum oppida: Aphrodisias, Libistos, Zigere, Borcobe, Eumenia, Parthenopolis, Gerania(14), ubi Pygmaeorum gens fuisse proditur: Cattuzos(15) Barbari vocant, creduntque a gruibus fugatos. In ora a Dionysopoli est Odessus. Flumen Panysus. Oppidum Tetranaulochus. Mons Haemus vasto jugo procumbens in Pontum, oppidum habuit in vertice Aristaeum. Nunc in ora Mesembria urbs.

14) Γεράνεια. Solinus, cap. X. pag. 28: « Quondam urbem Geraniam, Cattuzam barbari vocant, unde a gruibus Pygmaeos ferunt pulsos. Manifestum sane in septentrionalem plagam hieme grues frequentissime convolare. » Factum nomen inde oppido: sunt enim αἱ γέρανοι grues. Harduini.

ἀκολουθεῖ

2 5αα Καττουζοι

15) Cattuzos. Ita MSS. omnes, et quod est haud parvo certius, Stephanus ipse.

Κάττουζα πόλις Θρᾴκης, ἣν ᾤκουν οἱ Πυγμαῖοι οἱ οἰκήτορες Καττοῦζοι. ἔθνει δὲ τοῦ γεράνου ὀρνέου etc.

Sic enim MSS. legunt.

Prius in libris Plinii editis Catizos legebatur. (Harduini